



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

Caussin, Nicolas

Coloniae Agrippinae, 1634

46. Idem: Ex Petronio in Satyr.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70090)

argentum quoque vult tamen si hospites, habeo, tamen utatur licet, nos Samijs delectabitur. Quid ego, quæ deinde gesta sunt narrē? cuiusmodi est hominis natura, ut quæ singulis diebus efficiat, gloria, atque ostentatione; ea vix annuo sermone enarrare possim.

put illud putatis esse? tantum scilicet, quantum est multis, splendidisque familijs in turba & rapinis coaceruari vna in domo potuit, familiam vero quantam, & quam varijs cum artificijs habeat, quid ego dicam? mitto hæc artes vulgares, coquos, pistores, lecticarios; animi & aurium causa tot homines habet, ut quotidiano cantu vocum, & neruorum, & tibiaturum, nocturnisque conuiujs, tota vicinias perfonet.

IDEM.

Descriptio XLVI.

Petranius in Satyr.

Secundum hanc formulam imperamus Eumolpo, ut plurimum tussiat, ut sit modo solutionis stomachi, cibosque omnes palam damnet; loquatur aurum, & argentum, fandosque mendaces, & perpetuam tetrarum fertilitatem. Sedeat præterea quotidie ad iationes, tabulasque testamenti, omnibus fidem renouet, & ne quid scenæ deesset, quotiescunq; aliquem nostrum vocare tentasset, alium pro alio vocaret, ut facile apparet dominum certiam eorum meminisse, qui præsentem non essent.

Nota.

Ut plurimum tussiat. Festiua quidem ista descriptio, sed plenior, quam habet Cicero 4. ad Herennium, de qua superius.

Loquatur aurum & argentum.

Ad eloquentiam sapis refertur, ut apud D. Gregor. Nazianzenum in iambicis χαραῖς καὶ λόγος ἄπας ἀπέπαιτο λέγει.

Hæc pacantia hominum nummatam ostentationem designat.

Ne quid scenæ deesset. Erat enim verè Dives Scenicus, in his uouuollas.

Alium pro alio. Hæc ostentatoris ars bene exprimitur à Cornificis, vel potius Cicerone.

DIVES.

Descriptio XLVII.

Ex Cicero in pro Rosc.

Habet enim relaxandi causa rus amonum, & suburbanum, plura præterea prædia, neque tamen illum nisi præclarum, & propinquum: Domus referta vasis Corinthijs, & Deliacis, in quibus est Authepla illa, quam tanto pretio super mercatus est: ut qui prætereuntes pretium annumerari audiebant, sicutum vixit arbitrentur. Quid præterea cælati argenti? Quid stragula vestis? quid pictarum tabularum? quid signorum? quid marmoris a-

MOLLIS, ET DELICATVS

Descriptio XLVIII.

Hic ita vinebat iste bonus Imperator, ut ne eum facile hybernis mensibus non modo extra lectum, sed ne extra lectum quidem quisquam videret. Ita diei breuitas conuiujs, noctisq; longitudo stupris, & flagitijs contrebatur. Cum autem ver esse cõperat, cuius initium iste non à Fauonio, neque ab aliquo astro notabat, sed cum rosam viderat: tunc incipere ver arbitrabatur, dabat se labori, atque itineribus, in quibus vsque eo se præbebat patientem, atque impigrum, ut cum nemo unquam in equo sedentem videret. Nam ut motus fuit Bithyniæ regibus, lectica hexaphora ferrebat, in qua puluinus erat perlucidus, melitensi rosa factus: Ipse autem coronam habebat vnam in capite, alteram in collo, reticulumque ad nares sibi admouebat, tenuissimo liminutisque maculis, plenum rosa: sic confecto itinere, cum ad aliquod oppidum venerat, eadem lectica vsque in cubiculum deferrebat, eò veniebant Siculorum magistratus, veniebant equites Romani: id quod ex multis iuratis audistis: Controuersia secretò deferrebat: paulo post palam decreta auferrebat: Deinde ubi paulisper in cubiculo pretio, non requitate, iura descriperat: Veneri iam, & Libero reliquum tempus debere arbitrabatur: quo loco mihi non prætermittenda videtur præclari Imperatoris egregia, ac singularis diligentia: nam scitote esse oppidum in Sicilia nullum ex ijs oppidis, in quibus prætores consistere, & conuentum agere solent: quo in oppido non isti ex aliqua familia non ignobilis delecta mulier esset: Itaque nonnullæ ex conuero in conuiuio adhibebantur palam, si quæ erant castiores, ad tempus veniebant, lucem & conuentum vitabant.

Ex Cicero 4. in Verr.

Yyy

Nota